maioribus traditam, perq́ aliquot ſe-
cula confirmatã, natura ipſa indican-
te & propemodum loquente illam
ex ea quam habent forma, non vulga
rem eſſe multorum & fide dignorum
hominum, tum indoctorum, tum e-
tiam doctorum quorundam experi-
mentis credo: & medicos adhortor
vt pharmacopolas iubeant hos lapi-
des ſemper in prõptu habere: qui ꝓ-
culdubio ad alia etiam multa vtiles e-
runt, quæcunq́ ſiccari, ſiſti, aſtringi,
ſine vlla acrimonia opus fuerit. Laua-
ri etiam vt ab arena craſsiore ſeparen-
tur, & in paſtillos formari poterunt,
Lemniæ terræ inſtar: cui non impares
fortè vires in præſeruandis etiam à pe
ſtilentia corporibus habuerint: ij præ
ſertim qui in hoc genere odoratiores
ſunt, qualis videtur qui in ditione Co
mitum à Solms, non procul vrbe Ie-
na effoditur monte arenoſo, femoris
quandoque figura & magnitudine,
quandoq́ aliorũ oſsium, Bainbruch
appel-